



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5. De institutione ipsius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

posse dī. vel percipiēdo sacramētū, vel per votum propriū. res autem eucharistia potest tripliciter haberi, vel percipiēdo sacramētū, vel per votum propriū, vel per antecedens sacramētum. Et hic vltimus modus habendi vocatur per quandam accommodationem habere rem sacramenti eucharistia per votū castitatis: sicut fides per votum vocatur fides ecclesiae. S. quando autem proprietatem sermonis. vocatur habere rem eucharistia in sui initio: quoniam sacramentum baptismi in initio est spirituale vitę. ¶ Aduerte tertio, qd in littera non respondetur quæstio simpliciter & absolute, an sacramentum eucharistia sit necessarium ad salutem: nam licet distinguatur, & quo ad rem sacramenti, respondetur absolute, qd est necessarium ad salutem, tamen quo ad sacramētū non respondetur simpliciter & absolute, sed dicitur qd non est necessarium sicut baptismus Verum, si peripeticius responso hac fuerit considerata, continet responsum absolute etiam de ipso sacramento eucharistia, nam ex hoc ipso qd sacramentum eucharistia non est ad salutem necessarium sicut sacramentum baptismi, manifeste habet qd simpliciter & absolute loquendo, non est necessarium ad salutem. Et hoc attestatur parvulorum salus quibus sine baptismi sacramento non est salus, & cum solo baptismi sacramento datur salus aeterna. ¶ Aduerte quarto, qd inseritur in quæstione octuagesima tractandum est de communione infantium baptizatorum, an licita sit, ubi etiam an debita estidem sic, discutitur, & ideo nunc pertransimus.

¶ Quarto, quinto, & sexto articulis, nihil occurrit scribendum.

poris & membrorum suorum, quod est Ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius: vñ sicut ipse dicit in Epist. * ad Bonifacium, nulli est aliquatenus anibigendum, tunc vñ quemque fidelium corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando in baptisimale membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitatem corporis Christi constitutus abscedat.

AD SECUNDVM dicendum, qd hæc est differentia inter alimentum corporale & spirituale, qd alimentum corporale conuertitur in substantiam eius, qui nutritur, & ideo non potest homini valere ad vitę conseruationem alimentum corporale, nisi realiter sumatur: sed alimentum spirituale conuertit hominem in seipsum, secundum illud, quod August. * dicit in lib. Confes. qd quasi audiuit vocem Christi dicentis sibi, nec tu mutaberis in te, sicut cibum carnis tuę, sed tu mutaberis in me: potest autem aliquis in Christum mutari, & ei incorporari voto mentis, etiam sine huius sacramenti perceptione, & ideo non est simile;

AD TERTIVM dicendum, qd baptismus est sacramētum mortis, & passionis Christi prout homo regeneratur in Christo virtute passionis eius: sed Eucharistia est sacramentum passionis Christi, prout homo perficitur in vnione ad Christum passum: vnde sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quę est fundamentum spiritualis vitę, ita eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quę est vinculum perfectionis, vt dicitur Col. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.

AD QVARTVM sic procedit: Vñ qd inconuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina, n. debent respondere rebus: sed hoc sacramentum est unum, ut dictum est. * ergo non debet pluribus nominibus nominari.

¶ 2 Præt. Species non notificatur conuenienter per id, quod est commune toti generi: sed eu

charistia est sacramentum nouę legis: omnibus autem sacramentis commune est, qd in eis confertur gratia: quod significat nomen eucharistia, quod est idem, quod bona gratia, omnia etiam sacramenta remedium nobis afferunt in via præsentis vitę, quod pertinet ad rationem viatici, in omnibus est sacramentis fit aliquid sacrum, quod pertinet ad rationem sacrificij. Et per omnia sacramenta sibi inuicem communicant fideles: quod significat hoc nomen synaxis in Græco, uel communio in Latino. ergo hæc nomina non conuenienter adaptantur huic sacramento.

¶ 3 Præt. Hostia videtur esse idem quod sacrificiū, sicut ergo non proprie dicitur sacrificium, ita nec proprie dicitur hostia.

SED CONTRA est, qd vsus fidelium habet.

RESPON. Dicendum, qd hoc sacramentum habet triplicem significationem: vnam quidem respectu præteriti, in quantum scilicet est commemoratiuum dominicę passionis, quę fuit verum sacrificium, vt supra dictum est, * & secundum hoc nominatur sacrificium. Aliam autem significationem habet, respectu rei præsentis. f. Ecclesiasticę vnitatis, cui homines aggregantur per hoc sacramentum, & secundum hoc nominatur communio vel synaxis: dicit. n. Dam. * 4. lib. qd dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo, & quia participamus eius carne & deitate, & quia communicamus & vnimur ad inuicem per ipsam. Tertiam significationem habet respectu futuri, in quantum. f. hoc sacramentum est præfiguratiuum fruitionis Dei, quę erit in patria, & secundum hoc dicitur viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc peruenienti, & secundum hoc etiam dicitur Eucharistia, id est bona gratia, quia gratia Dei vita æterna (vt dicitur Ro. 6.) uel quia realiter continet Christum, qui est plenus gratia. Dicitur et in Græco metalepsis, id est assumptio, quia ut Damas. * dicit, per hoc filij deitatem assumimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, secundum diuersas proprietates uel effectus.

AD SECUNDVM dicendum, qd id, quod est commune omnibus sacramentis, attribuitur antonomastice ei, propter eius excellentiam.

AD TERTIVM dicendum, qd hoc sacramentum dicitur sacrificium, in quantum repræsentat ipsam passionem Christi. Dicitur autem hostia, in quantum continet ipsum Christum, qui est hostia salutaris, ut dicitur Ephes. 5.

ARTICVLVS V.

Vtrum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens institutio huius sacramenti.

¶ Vt enim Philosophus * dicit in 2. de Generatione, ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus: sed per baptismum, qui est spiritualis regeneratio, accipimus esse spirituale, vt Dionys. f. dicit 2. c. Eccles. hierar. ergo per baptismum etiam nutrimur, non ergo fuit necessarium instituire hoc sacramentum, quasi spirituale nutrimentum.

¶ 2 Præt. Per hoc sacramentum homines Christo vniantur, sicut membra capiti: sed Christus est caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, vt supra dictum est. * ergo non debuit institutio huius sacramenti differri usque ad cœnam Domini.

¶ 3 Præt. Hoc sacramētum dī esse memoriale dominicę

Q. 48. art. 3.

Lib. 4. orth. fid. cap. 4. mcd.

Lib. 4. orth. fid. c. 14.

Infr. q. 74. ar. 4. co. Et ad 1. Et q. 80. ar. 8. ad 1. Et 4. dist. 8. q. 1. art. 3. & 1. cor. 11. l. c. 4. Et l. c. 5. l. 2. tex. 50. tom. 2. Cap. 2. eccl. hier. par. 1. mcd. Q. 48. 8.

